

patur. Item in *Parasceve*, significationem habet singularem, quoties de solo vero Deo usurpatur, fertim (15) unici exempli. Quod si forte alia habes sententiæ tuæ argumenta certiora, ea libenter alias intelligam, & tecum amplius perpendam. Interea relictis in medio, quæ infirma & incerta sunt, arctè teneamus ea, quæ firmis certisq; rationibus ita (16) nituntur, ut nullum penè dubitationi locum relinquant.

15) In *Resp. ad Parascev.* attuli exempla plura, ex Genes. 20. v. 13. & cap. 35. v. 7.
Item ex 2. Sam. 7. vers. 23. vel 24.

16) At talia non sunt quæ tu hic attulisti.

S E C T I O X X X V.

De voce Saggi: utrum speciale nomen an potius attributum Dei significet.

P Ag. 188. num. 4. Porrò præter hæc jam dicta, aliud quoque est Dei nomen, quod bis tantum, ni fallor, in V. T. reperitur: videlicet *Saggi*, h. e. *amplus*, seu *magnus*. Vide Job. 36. v. 26. & 37. v. 23.

N O T A P I S C A T O R I S.

Nomen *Saggi* in illis locis non usurpatur, ut nomen 1. aliquod Dei: sed ut attributum 2. Dei: quippe quod de Deo ipso ibi prædicatur.

R E S P O N S I O V O R S T I I.

1. Agnosco libenter, hoc rectè à te notatum esse. Itaque vocem hanc ad attributa potius, quam ad *nomina* Dei, propriè & strictè sic dicta, referendam esse concedo. Quod ipsum tamen in Notis meis revera non (1) negatur: sed contrà potius (2) asseritur: quatenus hoc vocabulum 1. 1) *De hoc non est quæstio:* non cum prioribus illis Dei nominibus, ita propriè dictis; sed cum aliis sed, an nomen *Saggi* in locis quibusdam Hebraicis Dei Epithetis, hinc conjungitur: cujusmodi sunt, *allegatis usurpetur ut no-* *Heljon, Gadol, Kadosch &c.* 2. Quæ tamen omnia, vulgari quadam loquendi ratione, generaliter nomina Dei vocari (3) solent: propterea fortasse, 3.) *An istud ita se habeat,* quod nullum ferè Dei nomen in S. literis occurrat, cuius vera & certa ratio non ab aliquo Dei attributo, h. e. vel proprietate, vel operatione, originem ducat. Sed hæc leviora jam mittamus.

men Dei.

me latet. Parum refert.

S E C T I O X X X VI. & X X X V I I.

An, & quatenus, vox corporis de Deo usurpari possit.

P Ag. 201. §. Cæterum. Si vocabulum corporis in significatione latiore sumamus, nihil vetat, etiam Deo corpus adscribere. Ut quidem Tertullianus libr. cont. Prax. aperte affirmat, Deum, licet spiritus sit, nihilominus esse corpus: quum spiritus etiam sui generis corpus sit, in sua effigie &c.